

jussit, & vocato ait, *Itane (O execrande) me contempsti, ut in pena non dubitaveris ingredi, & paratas mihi fucus comedere?* Æsopus audiebat quidem & intelligebat, sed ob linguae tarditatem nullo modo respondere poterat: Quum jam ad verbera traheretur, & delatores vehementer instarent, procumbens ad heri pedes. ut paululum morte sibi indulgeret, petivit; quo concessu, tepidam aquam attulit, & quum bibisset, dīgitis in os demissis, ruisus aquam tepidam solum ejecit, nondum enim per totum illum diem cibum attigerat. Rogabat, igitur, ut idem & accusatores facerent, ut manifestum fieret quisnam fuit qui fucus devorasset: Herus, ingenium hominis admiratus, sic facere alios pepulit; Illi autem deliberaverunt bibere quidem aquam, sed non in guttis demittere digitos, at per obliqua tantum maxillarum hoc, illuc, circumferre. Vix lumen autem biberant, quum, per tepidam illam aquam nausea potentibus inducta, fucus comesas redderent: Tunc igitur & maleficio Delatorum & calunnia ante oculos posita, Herus jussit servos flagro vapulare, qui mortali dictum illud agnoverunt, *Qui in alterum dolos struit sibi inscius malum fabricat.*

Sequenti die, Hero in urbem reiecto, Æsopo vero, quemadmodum jussus fuerat, in agris fodiente. Sacerdotes Diana, sive ali quidam homines in via errantes, in Æsopum inciderunt, & per Jovem Hospitalē esflagitabant, ut viam ostenderet quæ in urbem duceret: Ille, quum sub arboris umbram viros pritis adduxisset, trugalēmque apposuisset cœnam, in viam quam quærebant induxit; Viatores itaque tum ob hospitalitatem, tum ob conductum, mirum in modum, viro devincti, manus in cœlum elevârunt, & multis precibus benefactorem remunerati sunt.

Æsopus reversus, & in semnum lapsus, præ assiduo labore, & torrido solis æstu, visus est fortunam sibi astantem videre, & solutionem linguæ, & sermonis habilitatem, & Fabularum Sapientiam largientem, & non longo post tempore excitatus, Papæ, exclamavit, ut suaviter dormivi, & quām pulchrum somnium videre mihi viuis sum, & ecce expeditè loquor, Bos, Aſinus, Raſtrum, & omnia alia verba, facile pronuntiare possum; & bene intelligo unde mihi Bonum hoc accesserit, quia enim pius in hospites fui, propitium mihi Numen consecutus sum: Ergo benefacere bonâ plenum est spe. Sic Æsopus factō lētatis rursum cœpit fodere. Sed Præfecto agri, cui Zenas nomen erat, ad operarios profecto, horum unum, quoniam erraverat in opere, fuste punivit; Æsopus autem exclamavit, *Cur sic verberas eum qui nullainjuria te affectit? Cur omnibus temerè plagas quotidie ingeris?* Renunciabo Hero profecto. Quæ quum Zenas accepisset, non mediocriter obstupuit, & secum ait, *Quod Æsopus loqui cœperit nihil mihi emolumenti foret.* Præveniens igitur ipsum coram Domino accusabo, antequam ipse hoc idem faciat, & me Herus procuratione privet. Hæc secum murmurans, ad urbem conversus, domi illius se contulit: Ceterum quum turbatus & fronte parum lētā accessisset, *Salve, inquit, Here;* cui ille, *Quid perturbatus ades?* Zenas respondebat, *Res quedam miranda in agro accidit:* Et Herus, *Nunquid arbor ante tempus abortivum fructum tulit?* An Jumentum aliquod præter Naturam genuit? Et ille, *Non, Non.* Sed Æsopus, qui antea penè mutus erat, nunc loqui cœpit; Et Herus, *Sic tibi nihil boni eveniat existimanti hoc monstrum esse:* Et Ille, *Mitto approbia quæ in me Æsopus contumeliose dixit,* In te autem, & in Deos ipsos horrende conviciatur. His Herus percitus, Zenas ait, *tibi Æsopum trado, vende, dona, quod vis de eo facito.*

Quum Zenas in potestate suâ Æsopum accepisset, & in eum absolutum imperium haberet, Æsopo renunciavit; cui Æsopus placide dixit, *Quodcumque volueris effice.* Forte vero quum Mercator quidam Jumenta quæreret emere, & propterea per agrum illum ubi Æsopus laboravit iter faceret, & Zenam pro Jumentis rogavit; Zenas respondit, *Jumenta non habeo, sed si masculum mancipium emere vis in prompta habeo.* Quum vero mercator ostendi sibi servulum petiisset, & Zenas Æsopum accessisset, mercator eam intuens, & cachinnatus, dixit, *Vnde tibi hæc olla?* Utrum truncus est arboris, an Homo? Hic, nisi vocem haberet, plane mihi videretur esse ute inflatus, *Quare mihi Iter rupisti hujus Pisculigratia?* Hæc dicens abivit. Æsopus autem